GREGORIUS PP. XVI.

Dilecte Fili Noster Salutem et Apostolicam Benedictionem. Reddet Tibi has Litteras Venerabilis Frater Antonius Benedictus Archiepiscopus Tharsensis quem apud Sardiniae Regem Nostri Sanctaeque hujus Sedis Ordinarium Nuntium mittimus. Eidem dedimus in mandatis ut ex itinere Te invisat, Nostroque Nomine plurimam Tibi dicat salutem. Non dubitamus eum haec paternae caritatis officia deferentem a Te humanissime exceptum iri, atque omnia in ipsum studia ex Tua eximia in Nos voluntate esse profectura habemus omnino persuasum. Omnia interim Tibi, Dilecte Fili Noster, fausta et salutaria precantes a Domino, horum auspicem Apostolicam Benedictionem Tibi eidem, et universo fidei Tuae commisso gregi peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die XII. Septembris M D C C C X L I I I I

Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto

Istituto Campana Osimo ®

Gaspar Gasparini

Dilecto Filio Nostro

Ioanni Tituli SS. Quatuor Coronatorum

Presbytero S. R. E. Cardinali Soglia

Episcopo Auximati et Cingulano

Istituto Campana Osimo ®